

Falsi ergò meta est, quùm Respondens cogitur vi Argumentorum aliquid afferere quod est manifestæ falsitatis.

Sic, si quis dicat: omnem voluptatem esse summum hominis bonum, ad falsum sive mendacium ducetur hoc modo:

Si omnis voluptas est summum hominis bonum, quæcunq; sunt capacia voluptatis, & summi hominis boni sunt capacia:

Sed bruta sunt capacia voluptatis:

E. Summi hominis Boni. Quod manifestò est falsum. vide Logic Stablii t. 7. c. 13. p. 326. Johan. Spindleri Tract. logic. 15. p. 342.

CAPUT XV.

P*aradoxi meta est concessio ejus, quod contra omnium, vel plurium, vel Sapientum, aut eorum, quorum sententiam tuemur, opinionem est, vi argumentationis extorta. ut: si quis aliquem Regem divitem & felicem confiteatur esse miserum ac infelicem, vi hujus argumentationis:*

Quia